



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum ira sit peccatum mortale? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

hac tristitia mouetur ad appetendum vindictam.
Ad quartum dicendum, quod irascibilis in homine naturaliter subijcitur rationi. Et ideo actus eius in tantum est homini naturalis, in quantum est secundum rationem. In quantum verò est præter ordinem rationis, est contra hominis naturam.

ARTIC. III.

Virum omnis ira sit peccatum mortale?

768

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod omnis ira sit peccatum mortale. Dicitur enim Job 5. Virum stultum interficit iracundia: & loquitur de interfectione spirituali, a qua peccatum mortale denominatur. Ergo omnis ira est peccatum mortale.

1. 2. q. 88.
2. 5. ad 1.
Et mal.
97. a. 4.
ad 1. 6.

¶ 2. Præterea, nihil meretur damnationem æternam nisi peccatum mortale. Sed ira meretur damnationem æternam. Dicit enim Dominus, Matth. 5. Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: vbi dicit glo. quod per illa tria quæ ibi tanguntur, scilicet iudicium, consilium, & gehenna, diuersæ mansiones in æterna damnatione pro modo peccati signanter exprimuntur. Ergo ira est peccatum mortale.

9. 12. a. 3.
Et Gal. 5.
lec. 5. co.
2. fin.
Gl. or. ib.

¶ 3. Præterea, quicquid contrariatur charitati, est peccatum mortale. Sed ira de se contrariatur charitati, vt patet per Hier. * super illud Matth. 5. Qui irascitur fratri suo, &c. vbi dicit, quod hoc est contra proximi dilectionem. Ergo ira est peccatum mortale.

* rom. 9.

SED contra est, quod super illud Ps. 4. Irascimini & nolite peccare: dicit gloss. * Venialis est ira quæ non perducitur ad effectum.

Est Cas-
fiodori i
hoc loco
sup. illud
Qua dicit
is in cor
dibus ve-
stris, Ps.
4
a. 1. 1. 1.

RESPONDEO dicendum, quod motus iræ potest esse inordinatus, & peccatum dupliciter, sicut dictum est. Vno modo, ex parte appetibilis, vt potest cum aliquis appetit iniustam vindictam: & sic ex genere suo ira est peccatum mortale; quia contrariatur charitati & iustitiæ. Potest tamen contingere quod talis appetitus sit peccatum veniale, propter imperfectionem actus. Quæ quidē imperfectio attenditur vel ex parte appetentis, puta cum motus iræ præuenit

iudicium rationis. Vel etiam ex parte appetibilis, puta cum aliquis appetit in aliquo modico se vindicare, quod quasi nihil est reputandum: ita quod etiam si actu inferatur, non esset peccatum mortale; puta si aliquis parum trahat aliquem puerum per capillos, vel aliquid huiusmodi. Alio modo potest esse motus iræ inordinatus quantum ad modum irascendi: videlicet si nimis ardentem irascatur interius, vel si nimis exterius manifestet signa iræ. Et sic ira secundum se non habet ex suo genere rationem peccati mortalis: potest tamen contingere quod sit peccatum mortale, puta si ex vehementia iræ aliquis excidat à dilectione Dei, & proximi.

Ad primum ergo dicendum, quod ex illa auctoritate non habetur quod omnis ira sit peccatum mortale, sed quod stulti per iracundiam spiritualiter occiduntur, in quantum scilicet non refrigando per rationem motum iræ, dilabuntur in aliqua peccata mortalia, puta in blasphemiam Dei, vel in iniuriam proximi.

Ad secundum dicendum, quod Dominus videtur illud dixit de ira, quasi superaddens ad illud verbum legis, Qui occiderit, reus erit iudicio. Unde loquitur ibi Dominus de motu iræ, in quo quis appetit proximi occisionem, aut quamcumque grauem lesionem: cui appetitui si consensus rationis superueniat, absque dubio erit peccatum mortale.

Ad tertium dicendum, quod in illo casu in quo ira contrariatur caritati, est peccatum mortale: sed hoc non semper accidit, ut ex dictis patet.

ARTIC. IV.

Utrum ira sit grauissimum peccatum?

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod non sit grauissimum peccatum. Dicit enim Christus, quod nihil est turpius visu furentis, & nihil detestabilius seueri visus, & multo magis ira. Ergo ira est grauissimum peccatum.

R. 2. Præterea, Quanto aliquid peccatum est magis nociuum, tanto videtur esse peius: quia sicut

In co. 2.

769

1. 2. q. 46

ar. 6. Et

mal. 9. 12

ar. 4.

* Ho. 29.

ad popu.

Antio.

30 5.